



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Quam perniciosum sit maritum suspitionem pellicis iniicere, uel re, uel
temere, uxori cap. xxi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE PVDICITIA MATRIMONII.
bio forma ipsa corporis longe inferiores sunt: & de for-
mismæ iudicio cæterorum,

Quam perniciosum sit maritum suspicionem pel-
licis iniicere uel re uel temere uxori, Cap. XXI.

Delirat, ac plane despicit maritus quicumq; non in-
telligit, quo errore ducatur, quantoq; in pericu-
lo sit, quotq; ex eo, & domi, & foris sibi hostes
comparat, q̄diu in eiusmodi incontinētia lubrico lutoq;
uersatur: & si id minime timeat. At qui sane magnum di-
scrimen interea imminet utrinq; ei domi siquidem pericu-
culo est sibi amor, & domesticæ fraudes uxoris: foris uero
odiu, insidiæq; uel mariti læsi, uel æmuloꝝ, & con-
rualium. Neque contempnas, q̄ dixerim uxoris fraudes
pertimescendas esse tibi: nam ut fremit tragicus uates.
Tam cruentus foeminas stimulat dolor.

Quum patuit unam pellici, & nuptæ domus.
Ut Scylla, & Charybdis Sicula torquens freta.
Minus sit timenda.

Nulla non melior fera.

Et reliqua, quæ de hac ipsa re in ea tragædia immania,
simulq; nefaria ab ipso poeta referuntur. Inde tibi sa-
ne tunc erunt parata hæc mala omnia: cū uidelicet uxori
re, dissensiones, rixæ, diuortia, dissidia, iurgia, & erumna
mille: cum propinquis uero & affinibus, & ciuibus & uic-
inis discordiæ, & inimicitia, ac etiam cædes. Adde hæc
etiam, si uis (quod contra naturam est) odium atq; con-
temptum cõmunium liberorū, sicut de Progne legitur:
quæ in ultionē uiolati tori quū aliter nequiret sese ulcisci
immanius, regis mensæ cõem filium coctum apposuit
uorandū patri. Quid cõmemorē inuocationes dæmoniorū
num, & p̄quisita undiq; & quoquomodo ueneficia, quæ
maritū i eiusmodi suspiciõibus ab iratis mulieribus con-

sent apparatis. Amarg sunt mulieres, inquit Comicus, nec facile possunt hæc ferre. Nullus quidem mulieri est dolor hac suspitione maior, nulla rabies acrior, nulla perniciosior machinatio. Detanira pellicis suspitione perculsa, dum insano suo mederi sperat amori, Herculem maritum medicata tunica perdidit. Coesonia Caligulae Augusti credens amatorio poculo uirum à consuetudine pellicis auocare, dum amantem sperat maritum facere, amantem reddidit. Haud dispar exitus multis etiam ætatis nostræ adulteris contingere sæpius solet, sed male sibi conscia uxores suum tantum facinus metu, & uerecundia dissimulant. Neque uero solæ uxores suspitione pellicum id facere consueuere, sed etiam pellices ipsæ suspitione uxorū semper enim suspectum habent uerem amorem: uerenturq; assidue, nequando resipiscant amatores sui, & reconciliaris sibi uxoribus ipsæ deferantur. Vtrinque ergo ex eo tibi instruuntur insidiæ, ut diutius euadere incolumis omnino non possis, quin aliquando opprimaris malis medicaminibus: & te, aut hæc, aut illa suis conficiat, atque excanter ueneficiis. Quid q̄ reperiantur etiam uxores, quæ eoulsq; moleste ferant se conremni, ut non tam reuocare ad se medicato poculo, quàm tollere cogitent maritos: uel sic sese ulciscantur egregie: uel sibi uros alios postea obsequentiores per secundas possint nuptias copulare: Quam uero id ferant moleste, ac grauius mulieres, Thebe nobilissima foemina sit nobis exemplo: quæ in ultionem pellicatus, Alexandrum Pharaum regem, uirum sibi alioqui dilectissimum, propriis manibus interremittit. Sed ne agam uerbosius, quid est, quod domos, urbes, regna, & quicquid tragædiæ tonant, tam sæpe subuertat, quàm uxorū, pellicumq; mortifera, & perniciosissima odia: & occultæ similitates coniugiorū: quæ interdum uel maxime, ex parua et suspitione generantur: Cauendum itaq; est in primis, ne contaminetur illo pacto pudicitia con-

DE PVDICITIA MATRIMONII

iugalis deinde omnis zelotipia, siue suspicio amoris me-
 retricii procul ab uxorum mentibus amouenda: quæ ubi
 semel ex quavis leui occasione subierit animum haud fa-
 cile sine aliqua maxima pernicie poterit ex earum polli-
 ea mentibus extricari. Quo circa hic grauius etiam cau-
 stigandi sunt quidam, qui de industria fictitios quospiam
 amores temere assimulant, quo uehementius, quasi pet-
 locum, exasperent, instigentq; suspicionibus uxores: nec
 animaduertunt interim imprudentes homines præter
 id, q; peccant grauius, ita maximum uitæ discrimen sibi
 ex ea falsa causa posse cõflari, sicut etiam ex uera. Amou-
 uendæ itaq; procul à matrimoniis omnes suspiciones, et
 ineptæ nugæ: atq; ab ineptis, & amarulentis huiuscemod-
 di iocis marito prorsus abstinendum, ut pote summum
 periculum, perniciemq; afferentibus. Quare pro certo
 scias in eo esse tibi nihilo magis à culpa, quàm a suspi-
 tione culpæ cauendum: quæ quidem haud facile potest
 culpa uacare, quin multorum sæpe malorum hæc ipsa
 suspicio causa sit. Quam ob rem ne te huius facti pecc-
 niteat, esto uxore contentus: & delectare, si sapias, uel in
 primis domestica pace, ac pari fermè ratione tam desin-
 stas falsas suspiciones inuicere, q̃ uera flagitia sectari. Bibe
 (inquit sapiens) aquã de cisterna tua, & fluuenta putei tui
 & fastidias turbulêtas, & graueolentes paludes meretrici-
 ciarum foeditatum: unde possis (ut te poetice uerbis dicit
 mittam) plus haurire mali, q̃ ex re decerpere fructus.

PROU. 5.

De fide, & charitate, ac modestia quæ habenda
 sit inter coniuges. Cap. XXII.

Adhortandi mihi sane sunt hoc ipso in loco con-
 iuges, ut in matrimoniis santiendis nihil potius
 aut optabilius planè ducant, q̃ studium mutue
 charitatis, ac fidei. Quod esse certe non potest, ubi aut
 aperte adulterii crimè interuenit, aut suspicio aliqua peti-